



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 84. Venetorum exercitus sub Duce Balilone cæsus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

Stellatam pervenit, nec nivibus, nec ge- Sæcul. XVI.  
A.C. 1512.  
lidis, iisque assiduis nebulis itineris con-  
tentionem remorantibus; demum cen-  
tum quinquaginta lancearios, ac quin- Petr. Delph.  
f. 10. spist. 58.  
gentos pedites ab exercitu suo sejunctos  
Ferrariensi urbi imposuit, ne Foederati  
ejus absentia in rem suam versa, civita-  
tem ex insidiis caperent; ipse vero ad  
Molendini pontem progressus, Mantua-  
nam ditionem pertransiit, cum vero a  
Mantuano Duce transitus veniam petere  
neglexisset, hic palam conquestus est,  
nihilominus tamen Fuxus, postquam Ba-  
lionem Veneti exercitus Praefectum apud  
*Turrim-scalæ* substitisse compererat, albe-  
scente cælo sese eo contulit, nec tamen  
Balionem reperit, utpote qui ante duas  
horas castris inde motis discesserat, de-  
novo copias suas Gritto juncturus.

### §. LXXXIV.

*Venetorum exercitus sub Duce Ba-  
lione cæsus.*

Grittus recta Alberæ pontem petiit,  
Athesim trajecturus; ast cum Bri-  
xiam contenderet, Gasto eum aggredi-  
tur, atque in Balionem tanto impetu ir-  
ruit, ut is fugam cum suis copiis Athe-  
sim versus capessere compelleretur, aliis  
suorum, iisque fortissimis qua cæsis, qua  
vulneratis. Capti fuere Rangonius Comes,

**Sæcul. XVI.** & Balthasar Ursinus , peditesque Veneti nulla ope suffulti , positis armis victorum arbitrio sese reliquere. Porro Gasto his vitæ veniam dedit , fugitivos vero usque ad Athesis litora insecurus est , ubi flumen trajecturi una omnes aquis hausti sunt , solo Balione , cum is equo vehetur , adversam fluminis oram feliciter attingente.

## §. LXXXV.

*Gastonis Brixiam delati apparatus  
ad prælium ibidem committendum*

Delibutis hisce victoriae auspiciis , Galli iter Brixiam versus prosequuntur , atque in media via expeditam Venetorum manum cædunt , ipsumque Malaeagrum Foro - Liviensem , qui ei præerat , cum pluribus aliis capiunt . Tandem Gasto , emensis intra novem dierum spatium plusquam quinquaginta milliaribus Gallicis , mense Februario , ac iniqüissima coeli temperie ad locum haud procul a Brixia dissipatum pervenit , ubi præprimis S. Fridiani Monasterium , quod recta Terræ-longæ portam respicit , vi occupavit , nec quieti spaciū indulxit , donec urbem expugnasset , quam postera etiam die ad dditionem provocavit , omnium præteriorum oblivionem pollicitus , si eadem die Brixiani in obsequium Gallo-